Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



apoc

362

non indi in ea. Dns enim deus om-
g potens templum illius est: et ag-
nus. Et ciuitas non eget sole neq;
luna. ut luceant in ea. Nam
claritas dei illuminabit eam: et
lucerna eius est agnus. Et ambu
labunt gentes in lumine eius: et
reges terre afferent gloriam suam
et honorem in illam. Et porte eius
non claudent per diem. Nox enim
non erit illic. Et afferent gloriam
et honorem gentium in illam: nec in
trabit in ea aliquid coinquina
tum aut abominationem faciens et
mendacium: nisi qui scripti sunt
in libro vite agni:

Et ostendit mihi flu
uium aque vite splen
didum tanquam crystallum
procedentem de sede dei et agni
in medio platee eius. Et ex vtra
q; parte fluminis lignum vite affe
rens fructus duodecim: per me
ses singulos reddens fructum suum
et folia ligni ad sanitatem gentium
h et omne maledictum non erit am
plius: sed sedes dei et agni in
illa erit: et serui eius seruient
illi. Et videbunt faciem eius. Et
nomen eius in frontibus eorum. Et
nox ultra non erit: et non egebunt
lumine lucerne neq; lumine
solis quoniam dns deus illuminabit
illos: et regnabunt in secula se
culorum. Et dixit mihi: hec ver
ba fidelissima sunt et vera. Et
dns deus spirituum prophetarum
e misit angelum suum ostendere ser
uis suis que oportet fieri cito
Et ecce venio velociter. Beatus
qui custodit verba prophetie libri
huius. Et ego Johannes qui audi
ui et vidi hec. Et postquam audi
sem et vidissem cecidi ut ado
rarem ante pedes angeli qui michi
hec ostendebat. Et dixit michi
Vide ne feceris. Conseruus enim
d tuus sum et fratrum tuorum pro
phetarum: et eorum qui seruant ver
ba prophetie libri huius. Deum adora
Et dixit michi. Ne signaueris ver
ba prophetie libri huius. Tempus
enim prope est. Qui nocet nocetur
adhuc: et qui in sordibus est sor
descat adhuc. Et qui iustus est
iustificetur adhuc: et sanctus sanctifi
cetur adhuc. Ecce venio cito: et
merces mea mecum est: reddere
c iniquitatem secundum opera sua. Ego sum
alpha et o primus et nouissimus
principium et finis. Beati qui lauant
stolas suas in sanguine agni vt
sit potestas eorum in ligno vite
et per portas intrent in ciuitatem
foris autem canes et venefici et im
pudici et homicide et idolis seruientes: et omnis qui amat et
facit mendacium. Ego ihus misi
angelum meum testificari vobis
f hec in ecclesiis. Ego sum radix
et genus David: stella splendi
da et matutina. Et sponsus et
sponsa dicit veni. Et qui audit
dicat veni. Et qui sitit veniat:
et qui vult accipiat aquam vite
gratis. Contestor enim omni au
dienti verba prophetie libri huius
Si quis apposuerit ad hec: appo
net deus super illum plagas scri
g ptas in libro isto: et si quis dimi
nuerit de verbis libri prophetie
huius. auferet deus partem eius
de libro vite. et de ciuitate sancta
et de his que scripta sunt in libro
isto. Dicit qui testimonium perhibet
istorum. Etiam. Venio cito amen
Veni dne ihu. Gratia dni nri
ihu cristi cum omnibus vobis amen
Explicit liber apocalypsis per ma
nus. d' Stef Anno 1472 poluce